Ducatus Masouiae

Universis et Singulis Capitaneis Castellanis Judicibus Subiu-
dicibus alijsq[ue] officialibus Nobilis et Terrigenis et quibusuis
incolis in Ducatu n[ost]ro Masouiae consisten[tibus] praesentibus Significam[us]
Generosum et Magnum N. vicesgerentem in Ducatu Masouiae crea-
uimus et constituimus praesentibus Dantes et concedentes eidem
prout damus et concedimus plenam et omnimodam facultatem Judi-
cia solita in praefato Ducatu exercen[di] et alia omnia agen[di] et facien[di]
quaecunq[ue] Antecessores dei Palatini agere potuerunt et soliti Sunt quo-
circa vobis omnibus et Singulis Supradictis Mandamus quatenus prae-
fatum Palatinum pro n[ost]ro Vicegeren[te] haben[tes] Illi in omnibus ad offici-
um spectantibus obediant secus facere non ausi Pro gratia n[ost]ra etc.

Concessio subpincernatus

Significamus etc. Quia commendatum apud nos habentes Generosum
N. ob eius virtutem ac integritatem animi ac erga omnes optimam
conseruationem Eandem ipsi officium Subpincernatus vltimi et im-
mediati possessoris vacans et conceden[dum] duximus Damusq[ue] et concedi-
mus praesentibus literis nostris ad extrema ipsius vitae tempora
Cum omnibus ad hoc idem officium subpincernatus ex antiquo per-
tinen[tibus] et obuentionibus vniuersis nullis penitus exceptis et exclusis etc.

Mandatum de non Proficiscen[do] subditis ad externa[m] militiam

Mag[nifi]ce Sin[cer]e nobis dilecte Fanati quotiens Consiliariorum nostro-
rum sententia Mandaueramus nequis de Regno et dominijs no-
stris in externam militiam proficisci neue Milites equites vel
pedites educeret quoniam vero perfertur ad nos Principes quos-
dam bellum contra se apparare, et res eo spectant ut nos ipsi
militibus opus habituri esse videamur Iterandum ipsum edictum
esse duximus Quare vigore praesentis Conuentus N. iterum edici-
mus nequis omnino de subditis nostris cuiuslibet Status et
conditionis ad externas oras atq[ue] gentes proficisci militatum
vel milites Equites aut Pedites educere per se aut subordina-
tas personas audeant Volumus autem et Mandamus Fid. T.
ut hoc edictum n[ost]rum in Ciuitatibus et oppidis Tuis Dictionis
Sub. et Nundinis foris et alijs Conuentibus per Praeconem publicari
faciat eosq[ue] qui con[tra] ausi fuerint facere nobis deferat sub poe-
na in negligentes Capitaneos constituta Manem quibus etc.

Concessio Pannitonstrina

Significamus etc. Quia nos supplicationibus quorundam Consi-
liariorum nostrorum pro Famato N. Panni tonsore Ciue Nostris